Lettart

Pompeius de Angelis
Romanus

IVNIORIS LVDOVICI PARISETI REGIENSIS

PAVSITHEA

AD P. SYLVERIVM.

AL DVS

VENETIIS, APVD ALDI FILIOS, M. D. LIIII.

AD IVLIVM III. PONTIFICEM MAXIMVM IVNIOR LVDOVICVS PARISETVS REGIENSIS.

CVM diuinæ sis religionis custos, & princeps, non arbitror mihi committendum, ut quid partus, ad rem pertinens religionis, à me in lucem edatur; quin deferatur ad te tanquam debitum, & tuo iudicio subiiciatur fouendum, si mereatur; sin minus, exponendum. Qui superiori tempore diuinum sex dierum opus libris sex complexum, tibi expendendum iudicandumq́; obtulimus; nunc æquè tradimus censendam, atq; examinandam diuinã diei septimæ quietem libro uno explicatam: in quo si quid à te compertum fuerit, quod dignitati materiæ respondere uideatur; uelim ita probes; ut id diuinæ gratiæ decernas adscribendum: quæ uerò deprehenderis à rei tractatæ dignitate, atque grauitate degenerantia, ea statuas in primis mihi, meæq́ue inscitiæ: dein rei ipsius arduæ, difficilique nimis rationi tribuendum. Quantùm potuimus, & quantum uisum est esse conueniens, studuimus explicare diuinæ quietis rationem: in

qua planè explicanda quid diuino beneficio præstiterimus, nonnihil inde poterit constare, quòd neminem habuimus, quem signato calle sequeremur: & cum plurimi sint, qui sex dierum opus pertractarint; hactenus inuentus non est, qui sibi de quiete diei septimæ agendum susceperit. Vale.

IVNIORIS LVDOVICI PARISETI REGIENSIS PAVSITHEAE LIBER AD P. SYLVERIVM.

QVI speciosa Dei scripsi miracla operantis,
Nunc arcana quiescentis mysteria tradam
Sylueri; & lucis rationem septimæ agendam
A dgrediar: quæ materies licet ardua sit plus,
D ifficilisq; magis; quàm possit carmine quoquam,
O req; complecti nostro: tamen utilitatis,
Quo teneor, studium referendæ in publicũ, et ardẽ s
I n diuina animi propensio non tolerant me
Quidquã intẽtatũ, intactumq; relinquere: dequo
H umani fructus se spes ostendat; & ex quo
C ultus, honosq; Dei commendari uideatur
P osse animis hominum uehementius. ad rationem
P ræterea nobis initi tractaminis hæc pars
S ic facit; ut seriem absoluat, cœptumq; tenorem
P erficiat: qui cum septem momenta dierum
C ontineat, plane potiori parte careret,
E xtremo si deficeret; nullumq; referret
O mnino finem: de quo perfectio prodit
O mnis; & in quem contendit bene condita quæque
A ctio. Materiæ quidquid contingit haberi,
A ut subici causa, contemplatuq; dierum
S ex, cadit in sensum, subiectaq; sensibus, et res

orporeas complectitur. ultima uerò dies .ue
S eptima nil præfert capiendum sensibus, & [illegible]
C orporeæ rationis habet; sed tota refert se
A d perceptum intellectus, animiq; capacem
H austum. quin etiã quam plurima continet, ad quæ
P ercipienda potest nullo pertingere pacto
H umani ratio intellectus: tam procul est, ut
O re ea complecti possint, fandoque referri:
N am quæ diuini rationem numinis, et uim
R espiciunt, adeo á nostris aliena ferunt se
C aptibus, ut minima uix possint parte, rudiq;
A pprendi specie. tanta est distantia rebus
C orporeis cum diuina ratione, Deiq;
N atura, ut recte quidquam sentire, loqui'ue
D e re diuina frustra fidamus; opem ni
S ufficiat nobis, nobisq; aspiret ab alto
G ratia, & irradians se spiritus ingerat in nos.
Quod sane si quando fui ratus impetrandum
A me, præcipue nunc arbitror esse necesse;
C um de diuina mediter tractare quiete:
I n cuius ratione Dei referenda beata
C onditio, cunctisq; bonis cumulata. Priusquàm
E rgo tuam Deus omnipotens memorare quietem
A dgrediar, mihi particulam fer cœlitus auræ
I llius, ætherio qua pellis nubila cælo;
E t qua totius faciem perfundis Olympi.
F er matutini quid luminis, & paulisper
V espere discusso celsum penetrale recludes
I nterea dum nostra tui studiosa colendi
M ens cupit in fructum, lucrumq; salutis adire

T e propius, propiusq́; tuæ uirtutis opimos
T hesauros speculari, quo referentur ad usum,
P rofectumq́; hominis: cuius te maxime amantem
T estaris, monstrasq́; palam. cum te sine nil mens
A ltum concipiat, nihil os proferre queat; quod
C ontineat pulchri speciem, ueri que tenorem:
F rustra tentarem de te tractare quieto,
D eq́; tua uirtute loqui: qua perficiuntur
O mnia, & in pulchri speciem, uериq́; feruntur:
S i tua me uirtus non inspiraret, opem'q;
P ræcipuam non suggereret tam mentis in actum,
Quàm sermonis in usum. ne temerarius ausu
D eprendar tanto, & tantæ commissus arenæ
N e prorsum impingar, solus prohibere potes tu,
A rbitrio cuius, placitoq́; æquata potestas.
T u uero æterna qui prodis origine summi
V ertice de patris, qui diuinæ rationem
N otitiæ præfers in te totius, & in quem
C œlestes intellectus, animæ'que beatæ
S pectantes arcana uident: me suscipe, meq́;,
S i fas, ad speciem genuinam admitte, meumq́;
O s forma, linguamq́; tua ad præconia solue.
T u qui librum aperis, quem nemo præterea sit,
S oluere qui possit, nobis reclude; parumq́;
E xplica: ut in laudem, cultum'que tuũ ualeamus,
Quod sit conueniens uero, expediens'que, referre.
V t uirtus immensa Dei adscita sibi lege,
P ræscriptoq́; modo, formas, & corpora rerum
E duxit, spatioq́; dierum operata fuit sex:
S ubstitit accedente die, qui septimus; & se

C ontinuit, factoq́; creandi fine quieuit.
I ntellectus agens, cui nulla potentia mista est,
AE terna quem iam conceperat in ratione
P roductum mundi, in certum sic temporis ortum
D istulit, ut motu exemptus produxerit; & quod
D ecretum æterna esset lege, redegerit ad rem,
E ffectumq́;, opera se in tempore significante.
Quæ natura Dei est simplex, nil continet in se
C ompositi, nec suscipit exterius sibi quidquam:
S ed semet constat sola, solumq́; suapte
V i uiget. hæc motu nullo se præbet agendam:
S ed substans uirtute sua se semper eandem
P ræstat; & affectu nullo mutabilis hæret
I n semet semper: semperq́; immota per omnes
S e fundit species operans, præbensq́; uigorem,
E t uitam. porrò substantia, formaq́; per se
S ubsistens sine materia; quæ sola putatur
E sse, quod est: cœptæ tam prorsus originis expers,
Quàm penitus exempta loco, uel tempore: cũctis
S e rebus fert principium: & perfecta suamet
V irtutę infundit, quidquid uirtutis ubique
P ro uaria rerum ratione uigescit: abundans
O mnium, et immenso excessu quácunque creatam
A se naturam superans, non indiget ullo:
S ed sufferta sua fruitur uirtute quiescens.
H æc, quodcunque bonum rebus reperitur inesse
O mnibus, impendens specie pro quaque diremptis
D istribuit gradibus, nullumq́; immune relinquit,
E xemptumq́; genus: quin quodam participatu,
S uffectuq́; boni communiat. una tametsi

H æc numero existat, specieq; cohæreat una
N aturæ; tamen abiunctas tres continet in se
P ersonas: unam quarum pater occupat, unam
F ilius, & gemino processu spiritus unam
S anctus. In arcanam seriem, penetraleq; cœli
M e nunc admitti cuperem: me præpete penna
A ltius attolli, & ferri in sublime necesse
E sset; opus foret, ut diuina fouerer abunde
G ratia, & ignito curru sustollerer. ò quam
O ptarem ad portæ succedere limina posse
I nterioris, & arcano proferre gradu me
I n campum lucis. tenebras offundere menti
H aud quaquam posset distinctio personarum;
Quæ cum naturæ concurrit simplicitate.
V t triplici indistincta habeat substantia sese
P ersona: tribus ut personis non ratione,
S ed re distinctis constet natura tuens se
V nam, & distinctum subiens aliquatenus in se
N ullum, iudicio illustri, claroq; pateret
A spectu: nulla perceptilis ex ratione
H umana res non captum fugeret: neque acumen,
A ut aciem scrutantem obtunderet intellectus.
V na igitur, simplexq; Dei natura tribus sic
P ersonis subsistit: ut indistincta sit ipsa
C uique sigillatim, pariliq; tenore ferat se
I n quanque, & tota referat uirtute, nihilq;
D iuisim tribuat: sed tantum deferat uni,
Quantum etiam tribuat tribus in cõe. Quod autẽ
I nterea superesse patet discriminis inter
P ersonas respectu conditionis, & ortus,

P [illegible]usq́; , relatio mutua parturit omne
I d penitus. constit patris persona relatu
I n natum: fili persona refertur in ipsum
P atrem: diuini personam pneumatis edit:
Qui de persona patris, nati que refertur
P rocessus. quamuis sit filius ex patre, sitq́;
S piritus ex parte, & nato simul: attamen una
S unt ætate pares, unoq́; tenore potentes.
N am patri æterno generatur filius æquè
AEternus. de patre fluit, natoq́; coæuus
S piritus æternus. æquo sunt iure potentes.
N am quodcunque potest communis, & unius ergo
N aturæ pater, id pariter quit filius, id quit
S piritus. hinc quodcunque tribus ius competit, uni
C ompetit id pariter: quoniam sub numinis una
N atura complectitur unusquisque: capitq́;
T otius, & sumit rationem numinis, & uim
N aturæ: quæ non dispescitur, & numero non
A ugetur: nec suscipit, ut redigatur in ullas
C omposti partes, cum simplex, & merus actus
E xistat, motusq́; omnis sit nescia. quare
S i Deus accipitur, prout est natura bonorum
Quoruncunque parens, & causa; quiescit abunde,
Quatenus in ratione boni, quod continet in se,
O mnigena semet fruitur, semetq́; fruendo
C ontentus subsistit; & immutabilis æuum
D ucit, & æternos uiuit feliciter annos.
D um pater æterno natum generamine profert,
E t genitum ex eadem natura agnoscit, et æquo
I ure potestatis similem sibi cogitat, illo

erſruitur, ſemetq́; una, ſolidamq̀ue quietem
S entit; & in nato felix requieſcit, & in ſe:
Qui natus pariter dum intelligit ex eadem ſe
A patre progenitum natura; ſeq́; potenti
AEquatum patri cognoſcit numine: non tam
S e fruitur, quàm patre fruens lætatur; & in ſe
N on magis exiſtens, quàm in patre quieſcere fertur.
S piritus æterna tam nati, quàm patris aura
P rogrediens requiem non ſolum concipit in ſe,
R eſpectu q̀ue ſui; ſed perſonas patris, atque
N ati reſpiciens, in nato, & patre quieſcit:
C um quibus ex eadem natura conſtat; & ad quos
P erſonæ ratione relatus fundit amorem:
Quo tam utrūque uiciſſim, quàm ſe iungit utrique.
Quam ſanctum in patre, nato ſibi pneuma quietē
T raducit tam naturæ, quàm proprietatis
R eſpectu; pater, & natus ſibi ſingillatim
N on aliam ſunt cenſendi ſentire quietem:
Quatenus expiratur amor, quo mutuo amentur;
E t quo proceſſus actu noua conſtituatur
V na ex perſonis in re perſona duabus
D iuina: de qua genuina relatio non ſat
F iat, & exacte gemino deducta relatu
N on quadret: referatq́; nihil, quod protinus eſſe
M onſtret eam certo diſcriminis appellatu.
O mni in natura rerum perfectio finem
R eſpicit: & fine unumquodque quieſcit adepto.
C um ſibi ſit prorſus finis Deus, & rationem
I n ſe contineat finis cuiusque: quietem
N on mirum, ſi dicatur traducere, & in ſe

D untaxat ſolo requieſcere commemoretur.
C um primis animi cauſa accipienda quies eſt;
A ffectus ſunt, qui prohibent, arcentq; quietem
E x animo: quos ſola tamen ſedare potens eſt
V irtus: ex ſtudio cuius, cultuq; fugantur
A ffectus capiunt ue modum: quo mox, ſubitoq;
A ccidit, ut uirtus placidam, lætamq; quietem
P arturiat, reddatq; animum requiete beatum.
S i Deus eſt ſpecies omnis uirtutis, & in ſe
C ontinet exemplar plenū uirtutis; haberi
Quæ queat, apprendiq; animo, non ſuſcipit ullum
A ffectum: idcircoq; quietum ſe ratione
M ira habet, & ſumma potitur, fruiturq; quiete.
I n naturali labor eſt operante, nihilq;
R erum in natura ſine motu operatur: & hinc fit,
V t labor, & motus contingant ex operantis
D ebilitate. Deus cum præditus omnipotenti
S it uirtute, nihilq; reſiſtens uiribus, & par
V irtuti agnoſcat: fit, uti non experiatur
M otum aliquem, de quo labor exoriatur, & illa,
Qua ſecum fruitur, careat quandoque quiete.
E ſt bonitas conſtans quædam perfectio, quæ ſic
V numquodque genus rerum, cui contigit eſſe,
P erficit, abſoluitq; ſecundum conditionem,
N aturamq; ſuam; ut nequid deſideret eius,
Quod ratio ipſius genuina requirat in uſum
P ræſtandum, uel poſtulet ad rationem ineundam
L egitimi finis. Veluti ſpecie uariatæ
S unt res, ſic uario diſcrimine defluit, atque
D efertur bonitas. quantum cuiuſque capedo

E xtiterit, fueritq; rei, tantum bonitatis
S uscipitur. quòd si quo deprauatio casu
A ccidat, aut habitu rebus, genuina recedit
C onfestim bonitas: quæ si minus impediatur,
A ut habitus causa praui se subijcientis,
A ut instrumenti cuiusquam conditione
D etera; in ascriptum, naturalemq; reducit
M ox finem quodcunque rei genus, atque quietem.
S i tantum bonitas ualet imperfecta caduca
I n rerum specie, ut finem queat in genuinum
D ucere, & in quãdam speciem deferre quietis:
Q uid bonitas immẽsa Dei, & perfecta, modumq;
E xcedens omnem, quæ naturaliter illi
S emper adest, operari censenda est ratione
T ranquillandi, inducendæq; quietis? in ipso
S i bonitas statuenda Deo est substantia, & una
E st Deus, & bonitas eadem natura, nihilq;
E st bonitas aliud prorsus diuina, Dei quàm
S it natura: Deus deprenditur esse quietus
M axime, & ingenti semper requiete teneri.
Q uin quanta est bonitas, tanta statuenda quies est
E sse Dei. quare bonitas immensa quietem
A rguit immensam. Si uocis nulla tributæ,
A dscriptæq; Deo ratio, aut natura patescit
L atius, aut propius diuinum numen adumbrat,
D esignatque Deum: quàm quæ bonitatis habetur
S ignificans ratio, mireq; accommoda: cuius
S it rationis habenda quies, quæ competat, & quæ
S it tribuenda Deo: cognoscere possumus ex ui
E ximia, bonitatis nomine significata.

H umana in uocum non est ratione, quod æquè
P olleat ad numen diuinum significandum,
S iue attingendum potius, quàm quod bonitatis
N omine censetur. bonitas diffundit ad omnem
S e speciem uirtutis, & omnem significandi
I mpensè, & laudabiliter uim continet in se:
Quadam & compendi ratione amplectitur omne,
Quod laudi tribui ualeat, uel possit honori
A dscribi. istius uis nominis ad rationem
O mnem se extendit laudabilis, & sapientis.
I stius uocis non significatio quidquã
F erre potest, quod simpliciter non prædicet aptum,
C onueniensq; Deo. non adiecti ratione
C orrumpi uox ista potest, quin semper, & usque
S ignificet bene. non reliquis ex uocibus ulla est,
C uius significatio ab apposito uitiari,
A ut deprauari non possit. habet bonitatis
O ppositum uim corrumpendi significatum
Quenque probæ uocis: cui subijciatur, & ad quã
A pplicitum fuerit: quod nequaquam in bonitatis
V oce potest: cum qua nequeat concurrere. quare
S ola boni est semper uox incorruptilis: ut quæ
N ullius adiecti admittat contagia: quo fit,
V t qui de summo cœlo descenderat, hic dum
V iueret humano, & mortali in corpore: dici,
Quatenus existebat homo, bonus abnuerit: quod
N ominis esse Deo tantum, & solummodo dignu[m]
C ensuit, & clara testando est uoce professus.
O bonitas diuina, potes quæ pondere nullo
[illegible] nulla mensura prorsus obiri,

E t nullo numero complecti: quis tua possit
D ona satis memorare? tuos quis fando referre
E ffectus fidat se posse? tibi referenda
S unt accepta, oculis quæcunq; creata obeuntur
H umanis, aut intellectu percipiuntur
V tcunque hoc nostro. tibi cœlum, sidera, lumen
D ebentur: tibi terra, salum, & quæcunq; tenētur,
A ut degunt in eis, debentur, & attribuenda
S unt tibi: producendæ omnis tu causa fuisti
N aturæ: per te uegetantur cuncta: tuo sunt
M unere uitales deducta animantia in auras.
T am pulchræ rerum species, tam splendida mundi
F abrica, tam constans motus consensio, & ordo
C œlestis, tibi non solum tribuuntur, & ad te
R espectu, aut causa referuntur originis, atque
P rincipij; sed causa etiam moderaminis, atque
T utelæ. nam tu seruandi causa, creandi
T u causa existis. quòd sint hæc omnia: quòd non
S it quidquam, in cuius specie non contineatur,
C onsistatq; boni natura alicuius, haberis
I n causa. quosque ad fœtus tu transis: ad omnes
P articipi ratione refers te conditiones
R erum; & pertingis species quascunq; creatas.
E st opera producta tua angelici intellectus
N atura. auspicijs tot spirituum speciosa
C œlestum producta tuis sunt agmina. facti,
F ormatiq; hominis pariter tu causa fuisti.
P er te factus homo: species humana tuapte
V i conflata fuit, miroq; effecta tenore.

P articipem perfectæ, eadem studiosa tueris,
E t seruas; priuumq; tuo non deseris unquam
S ubsidio. quin tanta tui, & tam magna fauoris
G ratia fouit eum; ut cum desciuisset ab illa,
I n qua conditus esset, conditione beata;
E t mortem sibi contraxisset, & exitio se
P erpetuò damnasset; & incurrisset acerbum
I nteritum; miserisq; laboribus obstrinxisset:
T u succurristi, præsto tu sola fuisti,
D emisso cœlesti de regione, subiret
Q ui corpus mortale: suoq; labore, suisq;
A uspicijs noxam deleret: & intereundo
A uferret damnum, quodcunque sibi peperisset;
E t conflasset homo peccando. perempta fuit mors
M orte huius. fuit è medio sublata nocentis
S eruitij grauitas, reuocataq; pristina uitæ
L ibertas, & aperta homini sunt claustra salutis.
O' cumulum diuinæ perpetuum bonitatis.
O' quàm mira tui, bonitas diuina, operantis
F acta. nihil linquis, nil præteris in ratione
O mnigena; quod non facias, quod non subeundo
P erficias, recreesq;. tibi non proficiendi
V lla unquam saties contingit, nunquam operandi
V tiliter passim rationem prætereundam
D ucis. omittendum nihil arbitraris, ut adsis
O mnibus; et quantum patiuntur, quæq; procures.
O' si pro meritis debet tibi gratia haberi:
N on est in tota rerum ratione, quod æquè
D ebeat obstrictum tibi se proferre; tibiq;
D ebeat agnoscens maiorem gratiam habere:

Quàm

Quàm genus humanum, & generis toties bene nostri
C onditio tractata, bonisq; affecta tot à te
P ræcipuo affectu, & speciali munere. Quòd si
N unc mihi sufficerent uires sermonis, & oris;
V t sperarem aliqua me posse attingere parte
T ot meritis dignas grates; conarer, & ultro
H umani generis totius nomine agendas
S usciperem grates: sed cum cumulus meritorum
S it tam magnus, ut immenso discrimine sese
E fferat humani supra quencunque uigorem
E loquij; nos tentandum non ducimus id, quod
P ro cumulo, uastóq; suæ rationis aceruo,
E t pro nostra etiam tenui nimis, atq; pusilla
D icendi uena non assequeremur; & ullo
N on præstaremus pacto. Non quatenus ad me
A ttinet, interea committam, ingratus haberi
V t possim; & meritum in me diuinæ bonitatis
P rætercam, prætermittamq; silentio inerti.
M ultiplex meritorum conditio, quibus à te
A ffecti fuimus, bonitas diuina, facit, ne
S at uideam, unde capessendũ mihi sit memorandi
P rincipium; ut grates aliquas possim memorando
R eddere, & ingrati uitium uitare. profecto
O bruimur numero, & confundimur eximia ui
I llorum: tàm multa adeo, & tã magna ferunt se.
I ncipiam'ne, hominem me quatenus effigiasti?
E t me dotasti rationis munere? dicam
A n potius repetens, memoransq;, quòd agnitione
I n ueri, & sinceræ religionis aperto
C ultu me nasci uoluisti? magna quidem sunt

H æc merita, & seruanda animo : sed publica multis
S unt eadem ; atque in pernitiem possunt grauiorem
C edere ; & in noxam maiorem emergere abusu.
Quòd uerò sanum corpus, nulloq́; perenni
O ppressum morbo dederis : quòd sufficientes
I n uictum reditus, uitamq́; decenter agendam
T radideris : sunt hæc animo grato accipienda,
E t multi facienda etiam ; quoniam rationem
I n se aliquam retinere boni creduntur. at ista
T alia sunt itidem, transuersum ut ducere possint :
I ncautumq́; hominem recto diuertere . cuius
E rgo respectu meriti tibi maxime agendas
S uscipiam grates, bonitas diuina, animumq́;
P ræcipue memorem ostendam, gratumq́; fatebor?
S cilicet id fuerit : cuius me respicit inter
P aucos conditio, & cuius ratio mihi non quit
N on esse expediens, multumq́; adferre salutis.
S ic me suffulxisti animo, sic composuisti
M e mente ; ut uitam summa cum pace quietam
T raducam ; & nullo correptus ducar ab œstro
A mbitionis, & affectus non turbine uexer
Quoquam : quo languescat mens, animusq́; laboret.
E t quamuis locus, in quo nunc mihi uiuitur, is sit,
V t non delitiis minus affluat, ambitione
Quàm se præstet abundantem : tamen incolumem me,
I ndemnemq́; tuo, bonitas diuina, fauore
C ustodis, seruasq́; adeo : ut si tot mihi in usum
D icendi, linguæ dentur, quot lumina custos
F ingitur Inachidis fixisse : minus superesse
P osim etiam meriti tam præstantis rationi

E xpediendæ . utcunque tamen patitur mea inertis
D ebilitas linguæ, quantum possum, fero grates;
E t quantum eloquij nostri permittit egestas;
T e memoro, laudo, bonitas diuina, coloq́;.
G rato animo meritum fateor me agnoscere;et hac sic
M e ratione tibi obstrictum consentio; ut eius
T am magni memorem nullo non tempore mentem
S im seruaturus . tanto pro munere semper,
P erpetuoq́; tui memorem, cupidumq́; tuebor
H unc animum . studiosa tui mens nostra tibi non
V nquam defuerit celebrandæ . nostra facultas,
N ostraq́; in officio laudis tibi lingua ferendæ
S e semper, iugiq́; opera exercebit . at in me
Quæ te munificam, bonitas, multoq́; fauore
P ropensam, & merito præstasti hucusque, benigno
A spicias æquè posthac nos sidere, nosq́;
P ræsenti, solitaq́; tua feliciter aura
A spires . ne subsidio me tempore quoquam
D estituas, diuina, tuo . quemcunque tuapte
S ponte semel meritis cumulãdum acceperis, hunc ne
D esertum patiare tua uirtute, tuisq́;
A uspiciis oro, & quantum possum precor. auræ,
V irtutiq́; tuæ, quòd sum, quòd uiuo, quòd ista
S orte fruor uitæ: quæ nullius ambitionis,
A ffectusq́; mali sit conscia: defero plane,
A dscriboq́;. nihil fateor retinere boni, quod
A te susceptum non sit, non profluat à te.
O me felicem nimium, donec mihi sic te
M unificam experiar, largoq́; fauore benignam:
V t nihil affectu rabido contingat, & in me

Non quidquam experiar: quo perturbetur acerbe
Mens mea: ne sibimet constet, requieq; fruatur.
Interea sublimis honos secede, ualete
Diuitiæ, dum tuta quies mihi constet: habetis
Cum qua consorti nihil, & quo conueniatis.
Quæ bonitas, igitur diuino in numine præfers
Maxime, & illustri monstras ratione quietem,
Qua nunc, summoto affectu, fruor: ista quies sit
Arra, rogo; successuræ post fata quietis,
Efficias: & signet eam, referatq; quietem:
Quæ perfecta tuo sit concedenda fauore
Deniq;: meq; tuo merito factura beatum.
Quid bonitas diuina habeat conforme quieti,
Hactenus explicitum. superest, ut cætera tradam
Argumenta: quibus requies diuina probetur,
Monstreturq; quiescentis natura Dei sic;
Vt nihil esse quietius, innotescat amussim.
Non tenue argumentum est, aut exile quietis
Diuinæ, quæcunque Dei perfecta patescit
Esse scientia: qua perfecte se capit ipsum,
Cognoscitq; Deus: qui res intelligit æque
In se omnes, speciesq; omnes complectitur in se.
Ipsa Dei cum sit perfecta scientia, & ex se
Infinita, prout substantia, non ualet ultra
Quid motus causa incrementi admitttere, siue
Augminis. hinc summam educi, fieriq; quietem
Est opus. hinc semet noscendo quiescit, & in se
Tranquillus fruitur Deus, & noscendo beatum
Se facit, idcircoq; quietum. prisca beatum
Græcia si sensit hominem, qui se bene nosset:

I n quem de semet perfecta scientia quoquam
I ncidere haud pacto posset: de numine quidnam
D iuino sentiret, opus perpendere: quod se
P rorsus sic noscat: se sic intelligat ipsum:
V t se perfecte noscens intelligat in se
O mnia, & interna pœnitus ratione capessat.
E x multis, quæcunq; Deo tribuuntur, habent sic
S ingula; ut instituant propria ratione quietem;
E t per se perpensa eius rationis habentur:
V t ualeant superesse quieti constituendæ.
Quid, si mox pariter cuncta hæc redigantur in unũ:
V t diuina requirit simplicitas; ratioq;
N aturæ simplex diuinæ postulat, hinc fas
C redere de diuino, mirificoq; quietis
P roductu? si fingamus concurrere cuncta hæc
M utuo: quæ causa naturæ, & simplicitatis
S unt eadem; distantq; nihil specie, numero'ue:
T antum constiterit, comparueritq; quietis
D iuinum cadere in numen: ut quot tribuuntur
I nfinita sua ratione: quies toties sit
I nfinita Deo tribuenda. parum mihi sit fas
Quærere, & exact a ratione expendere, quonam
C onueniat pacto diuinæ simplicitati
T ot deferre, uidentur quæ diuersa, modoq;
N on uno differre: hominem si pendimus, & si
N aturæ humanæ rationem ducimus: hæc sunt
P rorsum diuersa, & diducta, scientia, uirtus,
I ustitia, & bonitas, clementia, forma, potestas,
E t quæcunque Deo tribuuntur cætera iuxta
H umanum sensum. uarijs cum motibus ista

A ccipiat natura hominis, uarioq́; tenore
H auriat ob motum, informemq́; potentiam agendi:
N on tantum ſuccedit, ut imperfecta capeſſat:
S ed diuerſa etiam ratione apprendat. homo, qui
P ercipit ex ſenſu, ſenſuq́; ciente docetur:
P ræcipuè circa uerſatur ſingula, resq́;
D iſtinctas capit, & rationes particulares
S uſcipit. hinc fieri contingit: ut ad generales
S e rationes non exerceat accipiendas:
E t capita ignoret rationum prima: minusq́;
A pprendat, quæcunque rudi ſint diſsita longe
À ſenſu. non mirum igitur, ſi ignorat; & hinc ſe
M ultiplici inuoluit tenebris ratione, Dei quæ
P ropria, ſcrutari dùm uult, & tradere. nam dum
M olitur uerbis attingere, quod nequit, & quod
I mmenſo captum ingenii fugit interuallo
H umani: tandem ſuccumbens uiribus ad ſe
V oluitur: & quæ ſunt diuini numinis, ultra
C ancellos poſita humanæ rationis, ea ex ſe
I pſo metitur, tentatq́; immenſa ſub arctum
D ucere, & anguſtæ ſub uincula conditionis
H umanæ, fini nullo præſcripta, modiq́;
N eſcio cuiuſquam reſtringere: fandoq́; certis
C laudere nominibus. quare non attinet, ut quid
E xacte nos poſſe ſacro de numine, deq́;
D iuina ratione animo comprendere, ſiue
E ffari fidamus. habent diuina nihil, quo
O ſtendi poſſint apte, ualeantq́; referri
S impliciter. cum diuini uis numinis in ſe
O mnia contineat, referatq́;, nihil tamen eſt, quo

C omplecti queat, aut aliqua ratione referri.
C uncta refert in se, sed cuncta minus referendæ
I lli sufficiunt, aliquá ue ex parte supersunt.
Quodcunque humanis animis, rebusq; patescit
E sse bonum, quamuis diuinum sit referendum
A d numen: tamen immensi excessus ratione,
Quo Deus exuperat quæcunque creata, fit instar
V mbræ cuiusdam tenus. diuinitus in nos
S uccedit quodcunque bonum: contingit, ut id se
N ominibus uarijs dispescat, & ingerat: ut fert
C onditio nostra imperfecta, & debilis; & quæ
S ensibus in primis addicta est. euenit ergo,
V t quod simplicis est in numine conditionis,
N aturæq; unius: id à nobis uariatum,
D istinctumq́; capessatur: fiatq; subinde,
V t uirtus, bonitas, Astræa, scientia, quæ sunt
V num, & idem diuino in numine, disiiciantur
N ominibus uariis, uarioq; tenore habeant se
R espectu nostri, nostræq; capedinis. ut se
V erò habeant quædam diuino in numine, iuris
V t sint eiusdem: quæ mutuo dissentire
S ensibus apparent nostris: cuiusmodi habentur
I ustitia, & clementia, non tractare parumper
A bsurdum fuerit, nec inutile. nomina sunt hæc:
Quæ sensu suscepta hominis, rationeq; manca
I ntellecta uidentur dissentire uicissim:
Quæ rursum interna si perpendantur amussim
S ic ratione, ut contineant nihil imperfecti,
A ut alieni à natura, uel conditione,
C ui tribuuntur, numinis: una comperiuntur

C onfluere, & conspirare. est perfectio, quæ non
P ermittit uarium dici, aut contrarium haberi
Q uidquam, quod nostro ex sensu tribuatur honestũ,
C onueniensq; Deo: cuius clementia pugnat
N equaquam cum iustitia, nec dissidet ullo
P acto; si recte expendatur, & accipiatur
V traque perfecte in propria ratione. remittit
P eccanti contra legem clementia; legem
I ustitia exequitur, ne quid permittat inultum
C ommissum aduersus legem. diuina uoluntas
C ommisso nihil adscribi permittit ei, quem
D eniq; pœniteat: quod opus clemẽtiæ habendũ est.
C um uerò contra legem committitur, ut qui
L egem offenderit, obdurata mente, animoq;
P erfracto persistat, habet diuina locum sic
I ustitia; ut nihil interea clementia pugnet.
Q uæ quamuis uariæ uideantur, quatenus ad res,
A ut species uarias referuntur: non tamen inter
S ese quid uarium tandem inueniuntur habere,
A ut præferre, Deum si conuertantur ad unum:
Q ui cum sit bonitas, genuinum continet, ut se
D iffundat, quantum permittitur; & rationem
Q uanque boni communicet. hinc contingit, uti quod
C ommisso ueniæ tribuit clementia causa
P eccantis, ratione Dei tribui quoque possit
I ustitiæ: ex qua quod sibi cõuenit, efficit, & quod
E st proprium sibi, persoluit, præstatq;. rebellem
S i sibi, & assiduo in contemptu legis agentem
N on puniret, in exactam non tam rationem
I ustitiæ prorsus committeret, inclementem

I n legem quàm se penitus præstaret, & in se.
H inc constare potest, quòd tam se compatiuntur
M utuo iustitia, & clementia; quàm conuerti
A lternatim etiam possunt in numine: cuius
C onditio perfecta facit pariter, reliquorum
N equid eorum, quæ tribuantur, sit penitus, quod
N on complectatur, quidquid de numine dici
C ontingat. quare bonitas perfecta capit, quod
E st uirtutis, & includit, quodcunque potestas
C omprendit, signatq́; scientia: quæ pariter si
P erfecte accipiatur, habet, quodcunque potestas
C ontinet, & uirtus, bonitasq́;. potestatis uis
E st eadem, & ratio, nec non uirtutis; ut una,
S olaq́; comprendat diuino in numine, quidquid
O mnibus amplecti possit. quin omnibus una
S ic est conditio, ut penitus redigantur in unum
N aturæ genus; & subeundo simplicitatem
V nius fiant eiusdem conditionis
C um natura, & eodem contineantur ab uno.
H umana ingenij quamuis industria multum,
I mpensq́; laborarit: quo conuenientem
S ignificatum aliquem reperiret numinis: ad rem,
N il tamen inuenit, quod responderet, & apte
Quadraret. quamuis species excusserit omnes
R erum, & uirtutum, & multū contenderit ore,
A tque intellectu: si quid proferre ualeret,
A ut posset reperire: quod exprimeret rationem,
N aturamq́; Dei: tamen eius, quod cuperet, uel
T entaret, quidquam tam non persoluere quiuit;
V t ne obscura quidem attigerit uestigia. tam nil

I nuenit, quod conueniat, propiuſq; uideri,
C enſeriq; queat ſuccedere; ut omnia, quæ ſunt
S ic inuenta, negari tam de numine poſſint
D iuino, quàm firmari. nihil accidit eſſe,
A ut reperiri poſſe, Dei quo ſignificetur
C onditio, aut natura: latens quæ prorſus, & atris
O bducta eſt tenebris adeo, ut non lumine quoquam
H umano poſſit comprendi. qui Deus eſt lux,
Qu atenus eſſe patet, cunctiſq; pateſcit adeſſe
L uſtrandis: idem cœca caligine ſeptus
E xiſtit, tenebriſq; obſeſſus: quatenus ob uim
N aturæ immenſam humano nequit intellectu
A pprendi, uel ſignificamine uocis obiri.
Qu apropter cum fruſtra inueſtigatio, fruſtra
S crutatus cedat, quicunque ſubitur habenda
N uminis æterni pro cognitione, Deiq;
N otitia interna; & cum ſignificatio nulla
R ebus in humanis reperiri poſſit, adumbret
Qu æ ſatis immenſi naturam numinis: illa
I ure poteſt dici docta ignorantia: qua nil
N os prætendamus de numine ſcire, Deoq;:
Qu i licet in rerum natura ænigmatis inſtar,
A ut ſpeculi minus illuſtris uideatur eo, quòd
R es fouet, & rebus uitam, uireſq; quibuſq;
I mpendit: tamen, ut propria in ratione quieſcat,
S eq; habeat ſpecies extra, effectuſq; patentes
R erum: tam ſciri nequit, ut quantò ſtudeamus
A mplius, id tantò fugiat nos longius. hinc fit,
V t Deus in rebus, rerumq; creamine, quo ſe
S enſibus humanis operantem oſtendit, ut umbra

N oteſcat: ſed qua ratione quieſcat, & in ſe
P erſiſtat, minus agnoſci queat: unde refertur,
Qu od cuius ualeant ſpectari poſteriora:
E ius non poſſint cuiquam anteriora uideri.
Qu i ueluti per tranſennam ſpectatur in iſta
V iſilium rerum natura, operandoq́; ſenſu
N onnihil accipitur noſtro: ſubducitur idem
L uminibus noſtris, penitusq́; quieſcit, & in ſe
P ermanet, ut nullo apprendi queat intellectu.
H inc Moſes ſimulatq; Deum monſtrauit in iſto
O rdine producto rerum, ſignare uolens non
T entandam ulterius diuinæ cognitionem
N aturæ, ceſſaſſe Deum poſt condita dixit,
A tque quieuiſſe: ex ſenſu quæ uerba profano,
E t populari ſi capiantur, ſignificant nil
P roduxiſſe Deum poſt ſex producta dierum
S emina, & à rebus ceſſaſſe nouis faciendis;
I mpoſitoq́; poteſtati ſic fine quieſſe.
Qu i ratione poteſtatis Deus infinitæ
I nfinita poteſt numero producere, dextram
C ontinuit, rebusq́; modum ceſſando creandis
I mpoſuit, penitusq́; quieuit ab efficiendis,
C ondendisq́; nouis rerum ſpeciebus. ad ortum
Qu æ Deus eduxit ſemel, & quæcunque creauit,
I nterea non deſtituit, quin influat; & uim
A ſſiduam tam uiuendi, quàm prolificandi
S ufficiat. quapropter adhuc operatur, adhucq́;
I ncumbens operi perſiſtit in efficiendo
P er cauſas, ſpeciesq́;: quibus uim ſuggerit, & dat
F omentum. quamuis in ſe requieſcat: & à ſe

P endeat; & motum nullum patiatur, agentem
S e tamen assidue præstat, præbetq; mouentem.
O mnia procurat, moderatur, sustinet, implet:
O mnibus aspirat, succurrit, opemq; ministrat.
N il eius, quodcunque creauit, præterit: aura
Quin se præsentem præstet, semperq; benignum
P ræbeat, & quantum patitur cuiusq; tenor, uel
C onditio, succurrat, & auxilietur abunde.
H actenus attrectasse tuæ secreta quietis
S ufficiat Deus omnipotens, memorasseq;, sicut
T u suggesisti, quanam ratione quiescas
I n temet, quonamq; modo requiete fruaris
I pse tua, uiuasq; in te feliciter ipso
C ontentus, nullius egens, genus omne bonorum
C omplectens. iam nunc superest, ut carmine tētem
D isserere, auspicioq; tuo perstringere, quanam
N ostræ immortales animæ ratione quiescant
I n te: quo pacto requiem angelici intellectus
E x te suscipiant: quonamq; modo potiantur
C ætera, quæ producta fuerunt, cuncta quiete
P er te suffecta. qui non adferre negasti
S ubsidium, promptoq; fauore adstare, quietem
C um memorare tuam tentauimus: hic quoq; nobis
A dsistas, faueasq;. tuo sine numine nil quit
C edere successu feliciter. de tua agendum est
H ic requiete etiam, quæ scilicet effluit ex te
I n uarias rerum species, uariosq; animantes.
F er igitur mihi subsidium, & pia uota secundo
P rosequere afflatu, uiresq; in carmina dignas
M ateria præsta, & sacro me flamine reple:

N e quid ferre mea indignum pietate, meoq́;
C ultu in te contingat. ades tu, uerbáq; promus
S uffice, & eloquium sancto moderare lepore.
N on solum Deus ob perfectæ conditionem
N aturæ in se subsistit, in séq; quiescit:
V erum etiā in causa est, ut cætera quæq; quiescāt,
P ersistantq́;. Deus, qui condidit omnia, ut essent,
N on tantum tribuit; sed præscripto quoq; fine
C uiq; suo generi, uario pro fine quietem
C oncessit uariam: quæ diuersa tamen ipsum
R espiceret ratione, ipsumq́; tenore dirempto
S pectaret, de quo penitus procederet: & quem
P ropositum tanquā finem, & causam sui haberet.
C um uastum Deus omnipotens iam conderet orbem,
Quo cœlum momento temporis edidit, una
C um cœlo angelicos mox protulit intellectus:
Qui nullo prorsum constantes corpore, nilq́;
M ateriæ secū referentes simplicis essent
F ormæ, nil misti, uel compositi retinentes:
N i quantum accipiant diuino ex numine, quòd sint:
Quo fiat, ne sint, qui sint: cuiusmodi habetur
D ūtaxat Deus: ex quo habeant, quo constituātur,
E t quo sint ipsi. formæ sic simplicis hi sunt:
V t tamen exemptus, penitusq́; potentiæ inanis
N on actus contingat eis: quod præstat id, ex quo
S uscipiunt, quòd sint. numero qui plurimi habētur:
D istincti specie sic sunt, ut quot numero sint
T ot uarias referant personas. multiplici ut se
M utuo respiciunt ratione: modis ita multis
I nter se distant. aliqui sunt nobilioris

N aturæ, tenuisq; magis ſubſtantiæ. acumen
S unt alii, qui perſpicuum magis, & magis acrem
P ercipiendi aciem ſortiti ſint ſibi: ſunt, qui
I ure facultatis dotati ſint potiori.
E t ſunt, qui maius ſpecimen ſapientiæ adepti.
N am prout exemplar, ſeu uas totius, & omnis
V irtutis Deus, atque boni conſiſtit; & omnes
I n ſe uirtutum ſpecies, formaſq; bonorum
C ontinet: angelicis ſic intellectibus ex ſe,
T heſauroq; ſuæ bonitatis contulit actus
V irtutum varios, diuerſaq; dona bonorum.
T ergemina primum diſtinxit eos ratione,
E t tres conſtituit ſeries: quas ordine terno
M ox ſecuit: prout in naturæ conditione
M utuo differrent aliquid; propius'ue uiciſſim
S eſe reſpicerent ſimili ratione, boniq;
M enſura parilis. ſic ſpirituum numeroſam
O mnipotens aciem in ſeries diuiſit, ut ipſæ
D iſtinctæ ordinibus ſeries caperent uariatim
V irtutum ſpecies: nullus tamen ordo foret, qui
V irtutem, quæcunque aliȷ conceſſa foret, non
A cciperet, licet intenſa non ſic ratione,
E xactoq; modo, parili neque conditione:
Quiſque ordo quantò maiori inſignis habetur
V irtute: accedit ſpatio tantò propiori
A d numen, tantoq; quietius hæret, agitq;:
E t fruitur tantò potiore quiete. quieſcit,
D um fruitur. quātò fruitur magis, haurit, habetq;
T antò maiorem diuino ex numine pacem,
E t requiem. qui ſupremi ſunt ordinis, illi

M aiorem ſunt credendi ſentire quietem :
V t propius uirtute Deo accedunt reliquorum
R eſpectu . qui ſuccedunt ex ordine : tantò
V beriorem percipiunt , capiuntq; quietem :
Quantò natura præſtant , præbentq; capaci
S e magis , & quantò propiori à numine tractu
D iſtant . non aliud diſtantia numinis eſt , quàm
A ctus debilior uirtutis . quod requietis
C ompetit intellectibus angelicis , rationem
T otam habet adnixam diuino in numine,non tam
C ognitionis reſpectu , quàm gratia amoris .
H æc requies , quæ competit intellectibus iſtis
A ngelicis ueluti gemina ratione refert ſe
A d numen , duplicemq; in ſe complectitur actum :
S ic duplici ſe ferre modo , prodireq; in actum ,
N i nos fallamur , poterit quandoque uideri.
N am contemplatu diuini numinis haurit
D um rerum effectus , & res cognoſcit aperte
I ntellectus ; agit requiem , & requieſcit in ipſo
N umine : ut effectus etiam deſcendat in ipſos .
C um uerò effectus percurrens ducitur in uim ,
N aturamq; Dei contentius expendendam ,
C onſcendens procedit eatenus,ut requieſcat
I n contemplatu diuini numinis : ad quod
O mnia conſpiciat prorſus referenda . quieſcunt
E rgo intellectus non ſolum, quatenus ipſum
A gnoſcunt , ſpectantq; Deum , ſed quatenus ex ui
D iuina prodire uident : quæcunque tuentur
I n ſe , naturiſq; quibusq; , Dei bonitatem ,
A tque poteſtatem teſtantia . ſufficit , ut ſint

F elices intellectus, letiq; quiescant,
G ratia: quæ gremio prorumpens numinis afflat,
A fflandoq́; aperit penetralia cognitionis
D iuinæ, rapidiq́; faces succendit amoris.
Quin sese insinuans miracula multa recludit
D iuinorum operum: causas manifestat: apertos
E ffectus reddit rerum: spectacula cœli
E xplicat admiranda: Deiq́; admittit in antrum
M irifici speculare: Deumq́; ostendit in alta,
A ugustaq́; quiete fruentem semet, & in se
C onsistentem aliis conferre quibusq; quietem,
E t uitam. ut se principium ferat omnibus, & se
O mnibus in finem præstet Deus, inclyta monstrat
G ratia, monstrat opes diuini numinis, ut se
P er uastam fundant naturæ totius aluum:
V t se diuersis habeant rationibus in re
O mnigena, insinuentq́; modis mirabilibus se
P er species, per res, per corpora, perq́; animantes.
N ulla Dei perfecta potest speculatio iniri:
N ulla potest constare beatio: gratia ni se
I ngerat, & referat lumen, reseretq́; locorum
I ntima claustra: quibus diuina arcana quiescunt.
D ucit ad internæ successum gratia portæ.
N on tam notitiam illustrat, quàm accēdit amorem
G ratia: quæ tenebras sic summouet impedientes,
V t succendendo fomenta ministret amori.
G ratia, cœlestes quæ perficis intellectus,
Quæq́; per angelicas mentes diffusa, chorosq́;
S pirituum sic illustras, habilesq́; ita reddis,
V t ualeant secreta capessere, seq́; referre

In con=

I n contemplatum genuinum numinis, in quo
S uſcipiant pacem, ſummáq; quiete fruantur,
R eſpice me pariter diuina, fauoréq; muni
M e quoque præcipuo. ſine te diffidimus actum
À nobis iri quidquam: mercede quod ulla,
A ut aliquo pretio dignum mereatur haberi.
H umanum quodcunque opus eſt informe, carenſq;
O mnino eſt meriti, niſi tu præueneris, et ni
C ondieris uirtute tua; meritiq; ſaporem
I ndideris. ſi fas nondum permittit, ut alti
A d cœli admittar per te ſecreta: queamq;
A uſpicio penetrare tuo miracula ſummi
N uminis, æternæq; apicem tentare quietis:
N e ſaltem me deſtituas, dum uiuitur à me
C arcere in hoc uitæ tetro, cæcisq; tenebris
C orporis. hunc animum rege, perpetuóq; fauore
P roſequere & mentem, nequid male ſentiat, & ſe
I mplicet in uanis rebus, moderare. procura
À mundi illecebris, rerumq; cupidine inani
E xplicitum ſic me penitus ſeruare, nihilq;
C urantem, quæcunque queant à relligione
D eturbare animum; ut tandem, cum fata ſequētur,
M éq; tui authoris poſcet ſententia; poſsis
E xcipere: & comitem mihi te præſtare fauore
M aiori; lætumq; perenni ſiſtere in hauſtu
F elicis uitæ, ſtabiliq; quiete fruentis.
S ic opto aſpires dulcis mihi gratia, ut omnes
C orporis affectus ſuperans, animumq; uirilem
P ræſtans aduerſus mundi quaſcunque procellas
I ſtius, in melius te ſuccurrente ſciam me

C

P roficere : auxiliumq́; tuum , uireſq́; potentes
I n profectum animi ſemper mihi ſentiam adeſſe .
T e ſine ſunt noſtri conatus irriti , inanes
T e ſine ſpes noſtræ ſuccedunt , omnia cedunt
A uſpiciis comitata tuis feliciter . eſt nil
I n ratione boni , niſi quod condiueris , & quod
T u uirtute tua perfuderis : expediens nil
E ſt homini in cauſa , ſtudioq́; ſalutis habendæ
I mmortalis , opem niſi tu ſuffeceris ; & te ,
V irtutemq́; tuam ſuggeſſeris . abſque tua ui
N ulla humana operatio proficit ad rationem
F elicis uitæ . dignos tu ſola ſalute
E fficis humanos actus : tu ſola merentem
C onſtituens operam iuſto maiora labori
P ræmia decernis . quod tu meritum peperiſti ,
I d tu proſequeris larga mercede , tuumq́;
H umano generi meritum largita refers ſic
A cceptum, agnoſcisq́; , ut præmia magna rependas.
I nterea mihi diua manum fer gratia, meq́;
D irige , ducq́; uia , qua tutò tendere poſſim :
E t qua contendens , tam uiuendo ſtudioſe ,
A tque pie proſim mihi , quàm ſcribendo decenter ,
E t ſane , in commune alijs adferre quid uſus ,
A ut frugis ualeam . cupio , quoſcunque labores
P roficiendi animo ſumo mihi , diua benigne
A ccipias meritum accumulans: ut tollere in oras
E mpirias , coramq́; Deo me ſiſtere poſſint :
I n quo felici traducam tempora uita ,
E t fruar æterna tutus , gaudenſq́; quiete .
S pirituum uariatæ acies dum gratia abundant

D iuina, gemina ratione beantur eodem
M omento, duplicemq; ferunt, capiuntq; quietem.
N am contemplantes ducuntur ad interiorem
N uminis aspectum, & diuino explentur amore:
Quo detenti hærent semper, nunquamq; remittunt;
Quin sedeant, sanctoq; quietem in numine ducant:
I n quo qui renuit quondam requiescere, & in se
C onfisus studuit sedem sibi ponere ad Arcton,
S eiunctoq; loco sperauit posse quietem
S e reperire; ruit subito, ceciditq; tenebras
I n miseras omni cum conspirante cohorte
S pirituum: male quæ persuasa cohæserat illi.
P rincipio angelicas species cum constituisset,
F ormassetq; Deus, uariisq; bonis cumulasset
N aturæ: inter cætera munera libertatem
T radidit arbitrii, & concessit quasq; solutæ
E sse uoluntatis: qua libertate quidem qui
V si essent bene, conciliarent gratiam eam: qua
F elices essent semper, semperq; beati:
E t qua suffulti semper requiescere possent:
P erpetuaq; frui stabili cum pace quiete.
E xtitit ex cunctis præstantior ordinibus, qui
I ngratum se præstitit, immemoremq; recepti
M uneris. arbitrium quod ceperat ad rationem
F elicis uitæ statuendam, inuertit ad atram
P erniciem uitæ, exitiumq; informe. sibimet
A pplaudens diuino est libertatis abusus
M unere: & unde sibi meliorem conditionem
D ebuerat conflare, malum contraxit acerbum,
D amnosumq; magis. tanti temerarius ausus

I s fuit, ut sibimet speraret posse quietem
E x semet producere, felicemq́; tenorem
V iuendi proferre. sibi dum uindicat id, quod
N uminis existit solum, quod munere habere
D iuino, amisit. dum detrectauit habere
N umine in æterno pacem, lætamq́; quietem;
E xcidit in miseram uitam, tristesq́; labores,
E t sibi contraxit discrimina mille malorum:
C uius propositum quicunque fuere secuti
C ollegæ tam nil in se requiescere possunt,
V t semper uexentur, & affligantur amaris
S upplicis; nullamq́; queant sentire quietem.
A h miseri, usurpare, Dei quæcunque fuerunt,
D um uos tentastis: fuerant quæ conditionis
V estræ, amisistis. quæ uos amentia cœpit?
V t speraretis uos posse quiescere, uosq́;
F elices uitam traducere posse sine illo:
C uius haberetis merito, donoq́;, quòd esse
P ossetis: de quo uitam traheretis, & à quo
S ciretis uos productos, miroq́; creatos
S emine, confisi sine eo uos posse quietem
Quærere, & abiunctos illi uos posse beatè
V iuere? sed postquam non agnouistis honores,
Qui uos respicerent, nisi peccaretis: olympi
P ostquam uos celsa indignos statione corusci
F ecistis, meritoq́; infames damnamini ad umbras:
E t turpes, miseriq́; cauæ sub uiscera terræ
T rudimini: & iusto ablegamini ad exteriores
I udicio tenebras: ubi uos inhonesta, dolensq́;
P erpetuo uita obsideat, teneatq́; perenni

A ddictos pœnæ, & ſubeuntes crimine dignum
S upplicium admiſſo. truculenta iniuria, quæ uos
C onſtituit ſontes, patitur neutiq; redemptum
V os iri. uenia indignos uos efficit ingens
D elicti grauitas. quin conditio naturæ
V eſtræ non perfert, ut deprauata uoluntas
C onualeat; cœptæq́; modum ferat improbitati.
I n tenebris igitur, poſtquam ſic uos meruiſtis,
Et poſcit perfracta uoluntas ueſtra, iacete
P erpetuò: & quam quæſiuiſtis habere quietem
I n uobis, ſentite parum, cuiuſmodi habenda,
E t quanti facienda. beati qui uoluiſtis,
T entaſtisq́; opera ſine numinis eſſe, parumper
G uſtate, improbitas quantum uos ueſtra beatos
E fficiat; quantumq́; audacia ueſtra quietis
V obis parturiat. ſolos uos eſſe beatos
H ac ratione ſinam. ſolos requieſcere pacto
H oc uoſmet permittam ultro, patiarq́; libenter:
D ummodo non ſimilem ſtudeatis ferre quietem
H umano generi, & ſimili ratione beatum
R eddere quæratis hominem: de cuius in ipſo
N umine nunc requie expediet tractare. quieſcunt
A ngelicæ ut ſpecies diuino in numine, poſtquam,
T ractatum eſt nobis aliquatenus, exequar æquè,
E t tractabo, animæ quanam ratione quieſcant
H umanæ pariter diuino in numine. quamuis
A ngelicis quæ competit intellectibus, illa
C ompetat æquè animis requies ex corpore latis
I n cœlum humanis: fuerit tamen expediens pro
R e magis oſtendenda attingere particulari

T ractatu, & distincto commemorare tenore:
C um præsertim hominis memoranda creatio, nec non
M entio sit facienda quietis; principiò quæ
S it concessa homini: qua cum priuasset homo se,
R ursum diuino merito fuerit cumulatus.
C um Deus omnigenas species rerum, atque animãtũ
F inxisset, cœlumq; suo, terramq; decore
O rnasset formans: extremo tempore corpus
C ondidit humanum: cui mox spiramina uitæ
I ntulit & sufflans animam dedit immortalem.
S ic hominem Deus instituit, formansq; creauit;
V t donaret eum æterna ratione, sibiq;
E fficeret similem intellectus lumine quodam
C oncesso. in productu hominis tam munificum se
O stendit Deus, & se significauit amicum
V sque adeo; ut nil sit meriti, uel muneris à se
P ræteritum passus, quod non impenderit, aut non
O btulerit: quo tranquillaret eum, faceretq;
F elicem. nam quem dominantem affectibus, & quẽ
P ræstanti ratione potentem fecerat, hunc, ne
D eficeret, monuit; ne quò diuerteret à se,
I n quo certa quies esset, perfectaq; uita
C onstaret: nequid speraret habere quietis,
A ut uitæ, rerum si declinaret in ipsos
A ffectus. Deus admonuit studiosus, amansq;;
S ed contemptor homo meriti, ingratusq; quietis
O blatæ studium, curamq; remittere cœpit
N uminis, abscedensq; Deo, male rebus adhæsit
H umanis, studiumq; suum conuertit in illas:
I n quibus omnino tam nil reperire quietis

Quiuit, ut ingentem, sibi quam de numinis haustu
C arpebat requiem, non solum amiserit, atque
P erdiderit; sed morti etiam se addixerit, & se
I n prædam dederit miseris affectibus, atque
A erumnis. qui primus homo seruare quietem
P erpetuam poterat diuino in numine, rerum
D um se naturas conuertit ad inferiores,
E t se corporeis affectibus occupat; illa
N on solum à requie, quam lætus agebat; & in qua
F elicem uitam ducebat, decidit amens;
S ed potiori etiam se fraudauit requiete:
Quæ fruiturus erat translatus denique secla
P ost aliquot, præscriptaq́; tēpora. summa tamen nō
P assa Dei est bonitas, ut nostra quiete careret
P erpetuò natura. modum inuenit reuocandi
N ostri mirificum Deus ad requietis agendæ
M unus, & ad quæstum, fuerat quæ amissa, quietis.
C œlitus humanum in corpus descendere natum
I ussit, & infirmos hominis mortalis inire
L angores, uitamq́; unà deducere: quò nos
E xemplo, monitisq́; suis, in corpore monstrans
S e nobis similem, afficeret uehementius; & nos
N on diffidentes deduceret ad rationem,
E t desiderium uitæ felicis; iterq́;
I nueniendæ aperiret, monstraretq́; salutis:
E t nihil humanis ostenderet esse quietis
I n rebus: sed ueram hominis constare quietem
N umine; tranquillamq́; Deo consistere in ipso,
C onditionem hominis. docuit nos Christus aperto
E xemplo, quàm non fidendum rebus in istis

H umanis : quàm non deferre affectibus huius
C orporis expediat, ſi cura ſalutis habet nos ;
A ut ſi nos deſiderio, ſtudioq́; quietis
C orripimur . cum ſe præſtet nobis imitandum ;
E x eius uita, ſeu conditione ualemus
C olligere ; humanis rebus quàm ſit tribuendum,
E t quanti rerum poſſeſſio ſit facienda
F utilium : ſi tangit amor, ſtudiumq́; ſalutis
N os æternæ, perſtringitq́; cupido quietis
Quærendæ . cum Mammona commune Deo nil
E ſſe poteſt . hærere Deo, niſi cuncta relinquat
C ætera, nemo poteſt . in quo ſperanda ſalus eſt,
E t quærenda quies ſolummodo . ſufficit unus
A d requiem nobis referendam . haud plura petenda,
A ut quærenda homini, ſi uult requieſcere, & arrā
H ic capere æternæ, ſucceſſuræq́; quietis .
V t queat interea corruptus homo reuocari
À rerum affectu humanarum maxime, & ad rem
C onuerti ſolidam, firmamq́; quietis habendæ,
H ac etiam in uita, tradunt monumenta, palamq́;
E fficiunt diuina . licet documenta uirorum
P riſca profanorum teſtentur, poſſe quietem
P ræcipue ex rerum contemptu quenq; ſibimet
Quærere in hac uita : tamen hic contemptus iniri
V t ualeat, non comperiuntur tradere abunde :
S eu uim, ſiue modum quæramus . ſacra docent id
D untaxat monumenta : quibus patet implorandum
N uminis auxilium in primis : ſine quo penitus nil
N obis ſperandum eſt ſuccedere poſſe, quod ad rem
P ertineat animæ ; teneatq́; boni rationem

C uiusquam. conflanda fides, perfectaq; menti
C redulitas figenda: Deum non defore factis
P romissis homini, nec passurum ratione
V lla conuinci falsi monumenta piorum
S ancta hominum: quibus est promissio facta fruendi
C œli, & perpetuæ promissa beatio uitæ.
D ein spes concipienda animo, impressuq; tenaci
A ffigenda, Deum bonitate suapte, suiq;
F acti hominis Christi merito, donoq; quietem
P erpetuam, uitamq; beatam obeunti homini post
C oncessurum. spes animo firmata, fidesq;
A d uiuum formata, hominem succendit amore,
E t charitate Dei: de quo prodire salutem
A spiciat, credatq; bonum procedere uitæ
A eternæ; munusq; perenne quietis oriri.
D iuini deprensa etiam bonitas, charitasq;
N uminis erga hominem facit; ut moueatur amore,
E t cultu in numen conuictus homo. tribus istis
S i rhedis confidat homo, dum uiuit in arcta
C arceris hac cauea; facile euitabit iniquos
A ffectus, curisq; animum mordacibus ultro
E xuet; & pacem mentis, placidamq; quietem
S entiet; adueniant donec præscripta abeundi
H inc momenta: quibus rhedæ nos denique eædem
T ollant in cœlum, ad perfectaq; dona quietis
P romoueant una solum superante, duabus
I nterea se subducentibus. his tribus actæ
I n cœlum rhedis animæ subito potiuntur
P ace, Deoq; fruuntur, perpetuamq; quietem
D iuino ducunt in numine. qua ratione,

A ut ſerie angelicis pax eſt conceſſa , quieſq;
S piritibus ; animis pariter contingit eadem
H umanis requieſcere . pro meriti ratione ,
V irtutiſq; exercitæ habent ſe claſſibus, atque
O rdinibus uarijs . prout intellectibus una
N on eſt angelicis præſcripta capedo quietis :
S ed ſe diſpoſita propius , uel longius ipſum
A d numen ſerie ſiſtunt pro conditione
N aturæ , & pro uirtutum diſcrimine : ſic non
E ſt animis eadem ſeries , ordoq; quietis
H umanis : ſunt, quæ propiore Deum ratione
R eſpiciunt, & largius exhaurire quietem
P oſſunt pro merito uirtutum nobiliori .
S unt uerò , quæ non adeo uirtute fuerunt
P ræſtanti , nec tantum profecere merendo ;
V t poſſint æquare gradum , meritumq; ſupremi
O rdinis.inferius ſiſtunt , capiuntq; quietem
I nferiore loco . nullum tamen hinc patiuntur
D efectum , aut ſubeunt; quin plena pace fruantur,
A ut perfecte non requieſcant . omnium abundans
E ſt menſura Deus : metitur quæq; prout ſunt ;
T erminat , & definit cuncta ; nihilq; relinquit
I mmenſum.ſupereſt ſolus , qui immenſus , & ulla
T raduci nequit à menſura : quandoquidem ipſe
M enſura eſt , qua cuncta ſuperſtite traducuntur .
A ngelicæ ut ſeries inter ſe mutuo diſtant ,
D iſtanteſq; gradus ſeruant pro conditione
V irtutum diſtante , animas adſcire putantur
S ic ad ſe humanas : prout in uirtutibus una
C onueniunt , propiuſq; accedunt conditionis ,

E t meriti causa. non est uirtus animabus
H umanis, quæ spiritibus non accidat esse
A ngelicis. quin humanis quæcunque animabus
E st uirtus; sic diuino de numine prodit,
V t demissa per angelicas mentes referatur
I nferius, miroq; relata modo insinuetur.
Qu atenus in cœtum angelicum, seriesq; beatas
S pirituum assertæ uiuunt feliciter, & se
O blectant animæ diuino in numine pacem,
E t requiem traducentes: exinde quietem,
L ætitiamq; extensius angelici intellectus
P rotendunt; cum cognitio, & speculatio fiat
V berior, pluresq; feratur ad accipiendos
N uminis effectus. requies perspecta animarum
I ntellectibus angelicis proferre quietem;
L ætitiamq; extendere quiuit ea ratione:
Qu od meriti agnoscunt aliquid: dum forte Deo quid
S eruitii impenderunt tam custodiæ agendæ
C ausa, quàm causa appellandi, siue monendi.
A ngelicis uerò socias dum spiritibus se
A gnoscunt animæ, & fuerint quæ corpore clausæ,
S e gradibus spectant, & conditione beata
A equari intellectibus angelicis, requiescunt
T antò extensius, & tantò potiore quietem
S uscipiunt captu, quantò præstantius in se
D iuinum meritum expendunt ratione relatus
F acti, & collatus. ò quanta accessio paci,
L ætitiæ, requieti animæ prodire putanda est,
E t fieri; cum prospiciunt, acieq; tuentur
E xtensa: cuius merito, cuiusq; sequela

O btineant tantum pacis,tantumq́; quietis:
A dstare humano fulgentem corpore Christum.
G audia cum dulci iungentes summa quiete,
V enturum aspiciunt tempus: quo corpora & ipsæ
S int acceptur æ, similiq́; tenore beatam
C um Christo acturæ uitam, stabilemq́; quietem.
S ummopere id cœlum miratur,& intellectus
A ngelici præclara Dei miracla beato
A ccipiunt plausu,extentaq́; quiete fruuntur.
N on solum angelicis Deus intellectibus, atque
H umanis animis causa est,feliciter ut se,
T ranquilleq́; habeant,plenaq́; quiete fruantur:
V erum etiam reliquis rerum speciebus,& omni
V iuentum generi præstat, præbetq́; quietem;
E t facit, ut genuina in conditione quiescant:
V t prima præscripsit eis ab origine: quando
C ondidit, & legem naturæ cuique creatæ
C ontulit ex semet: quæ seruaretur, & in qua
Quæq; quiesceret,& finem assequeretur: haberet
Quem sibi præscriptum primæua ab origine. sicut
C ausa,& principium existit Deus omnibus; ut sint,
A ut uiuant; sic finem in se conuertit eorum:
V t tandem in numen referantur cuncta, profecta
Quæ sint interdum de numine: quatenus ad uim
N aturæ spectat, uel pertinet ad rationes
P rimigenas: quarum penitus Deus author habetur:
E t quas primati diffundit origine de se
N uminis æterni uirtus fœcunda operantis.
O mnia diuino quæ numine progrediuntur;
O rbe reuertuntur quodam, redeuntq́; soluta

I n numen tanquam finem, & finis colophonem:
I n quo uim naturæ complectente quiescunt
P rorsus, & expleto motu resoluta quietem
S uscipiunt, totáq; sua substantia habent se.
O mnia, quòd sint, accipiunt de numine, rerum
C orpora, quæ seu sint animata, expertia seu sint
P rorsum animæ, quandá de numine uim genuiná
A ccipiunt, secumq; trahunt: quam tempore nullo
D eficiunt, quin obseruent, iuxtáq; tenorem
E ius non habeant sese: quandamq; quietis
N on speciem referant hærendo tenaciter illi;
E t se semper eadem conditione tuendo.
Quæ natura omnis speciali non ratione
P rædita, sed solum instinctu suffulta fluente
C œlitus à fœta diuini numinis aura:
P ro ratione sibi accepta de numine, proq;
V i propria, & natiua conditione operatur,
A ut tendit: nisi quid uiolentius obiiciat se
I mpediens, quocunque uocat genuina facultas;
A ut uirtus inserta, fluensq; à numine. eodem
O rdine semper habet: nunquam diuertit ab illo
I nstinctu, quemcunque sibi de numine ducit,
I dcircoq; potest dici requiescere in ipso
N umine: de cuius nunquam discedit adepto
I nstinctu, assertoq; sibi propensu. animantes,
Quæ ratione carent, dictamina quatenus ultro
N aturæ subeunt: nec deficiunt aliquando
E xequi, ab æterna quod sit ratione statutum,
A ddictumq; sibi. et præscripto ex ordine nunquam
D eficiunt; sed persistunt in lege tuenda:

Quæ præſcripta ſibi diuino numine: cauſa
C enſeri hac poſſunt requieſcere, ſéq; quietas
I n diuino numine cuſtodire. uidemus
S idera, cœleſtes orbes, elementa quib uſnam
O rdinibus ſe habeant, & quàm de lege recedant
N unquam præſcripta diuino ex numine: quàmq́;
V irtutes, motuſq́; ſuos efferre tenore
C onſtanti perſtent, ſemperq; operentur eodem
O rdine. tam ſtabilis cœpti obſeruatio motus,
T am conſtans ordo, tam firma operatio eadem
C onſpirans ſemper ratione quid arguit? aut quid
S ignificat? niſi diuinæ, arcanæq; quietis
V im certam: quam percipiant, referantq́; latenter
C onſtantes ſolis curſus, mutatio phœbes:
Quæ nunquam ratione loci, uel temporis in ſe
E uariant; ſed perpetuò expediuntur eadem
L ege, nihilq́; ferunt, quod diſcrepet ordine ab illo:
Quem ſemel impoſitum diuini habuere ſtatuto
N uminis: an requiem non teſtificantur adeſſe
T am ſoli, quàm lunæ aliquam: quæ numine manet
D iuino? qui fructus agri, quæ germina terræ
P rocedunt ratione eadem de ſemine ſemper,
N on ne notant, ſignantq́; aliquid requietis adeſſe
T am terræ, quàm ſeminibus: quæ ſemper eodem
F ructificent, pariantq́; modo? ſunt corpora nulla,
N ullaq́; natura eſt: quæ non probet, & ratione
N on aliqua monſtret requiem ſe numine in ipſo
D iuino accipere: aut aliquo requieſcere pacto.
Quòd uero diuerſa tot, & contraria certo
O rdine conueniant, ſtabiliq; tenore ferantur

M *undi in compactum, & naturæ conficiendum:*
H *inc quandam requiem censenda referre:* Deiq;
I *n uirtute quiescere sunt credenda quieta.*
O *mnia procedunt diuino ex numine. nil non*
I *n uirtute* Dei *subsistit. cuncta quiescunt*
M *unere diuino, & diuino in numine prorsus*
A *ccipiunt proprium certa ratione quietem.*
O *quàm diuinæ uirtus immensa quietis*
S *e fundit, uastóq; patet spatiosa profundo.*
O *quàm diffusis requies diuina refert se*
V *iribus. extentis late complectitur ulnis*
O *mnia, & amplexu largo fouet. omnis ab imo*
A *d summum producta* Deo *substantia fert se*
P *articipem istius uaria ratione quietis:*
E *x istáq; sibi sumit fomenta quiete.*
P *erficitur, finem assequitur natura quiete*
E *x hac quæq;. nihil uitæ contingit, habetur*
N *il solidi, nil felicis, lætiq; quietis*
I *stius sine munere. perficit omnia, firmat,*
S *ustentat diuina quies. nihil absque quietis*
D *iuinæ merito potuit persistere. debent*
D *iuinæ bona quæque referri accepta quieti.*
A *ngelici uiuunt feliciter intellectus,*
E *t consummata fiunt ratione beati,*
Qu*atenus hac requie potiuntur. in ista animabus*
H *umanis requie est firmata beatio. pleno*
V *ase animæ humanæ gaudent, penitusq; fruuntur:*
H *ac dum se totas mergunt, mersantq; quiete.*
P *ax tranquilla, quies iucunda, reducis in unum*
Qu*æ plura, ac unum de pluribus efficis: imples*

Quæ totum ſuffertalocum, nullamq́; uacantem,
A ut alio quoquam plenam ſedem ſinis; hæres
Quoque loco; ne præterea quid poſſit inire,
A ut intro ſe ferre. quies diuina quibus tu
A ſpiraris, eos non noxia cura moleſtat:
N on angunt ulli affectus, non improba habendi
I ngluuies, nec uentoſi perturbat honoris
A mbitio, ſimulatq; animum tu ingreſſa penetras,
I lluſtras ſubito, tenebrasq́; recedere cogis,
E t lucem placidam inducis, lumenq́; coruſcum
A dportas. mens ipſa tuo illuſtrata nitore
S pectat, & agnoſcit, quantum rebus tribuendum
H umanis, quantum rerum ſit uana cupido
Quarunq;, & quantum quidquã non ſit cupiẽdum,
Quod non tendat ad æternam, ſpectetq́; ſalutem.
P ulchra quies, pax illuſtris mihi ſuffice lumen
P erpetuum, penitusq́; tuo perfunde nitore
H anc noſtram mentem, nequando ſentiat ullas
A ffectus tenebras: nequando cupidinis ulla
C ircunfundatur caligine. ſemper amoris
H umani torrente animus ſeruetur ab æſtu
I ndemnis, ſemperq́; tua perflatus ab aura
I ncolumem ſeſe tueatur. ſuggere uires,
V irtutemq́; animo, nequando tumultuet ullo
V anarum rerum ſtudio; nec ſentiat in ſe
Quid deſiderii, quod perturbare tenorem
C onſtantem uitæ, motusq́; excire ſaluti
Quærendæ obſtantes queat. ò ſi uiſa fauere
H actenus es nobis, non eſt quòd cardine in ipſo
D eſtituas, ſummo & rerum in diſcrimine linquas

T u prohibes, dum mitis, ades uirtuteq; nobis
A ſpiras placida, ne uana negotia mundi
I ſtius obrepant animo; ne infeſtet acerba
P eſtis auaritiæ mentem, rodenteq; cura
O bſeſſam teneat. prohibes ne infeſta cupido
G loriolæ humanæ pectus plus torqueat æquo,
E t captet mentem, faſtuq; inceſſat inani,
V anaq; deliri trahat in diſcrimina turpis.
T u noſtrum moderare animum, ne concutiatur
A duerſis, nec frangatur ſucceſſibus atris
F ortunæ; ſed cuncta ferat patienter, & æquo
S uſtineat latu, partemq; acceptet in æquam
S emper. es in cauſa pariter, ne caſibus ullis
I nſolitis mouear, nec ducar in admiratum.
T u præſtas, ne quid multi faciamus; & omnes,
I n quibus obſtupeant multi, res nullius eſſe
D ucam momenti, & conniuens lumine ſpectem.
A t pater omnipotens rerum moderator, & author,
I n te qui tantum pacis, tantumq; quietis
E xigis, & mira fundis ratione per omnes
N aturæ ſpecies, nullumq; relinquis inane,
A ut uacuum genus, inſpires quin pacis amorem,
A ut ſtudium impendas, munusq; quietis; acerbis
C ur uexari odiis, bellisq; ardere uiciſſim
C ollatis toleras gentes, quæcunque tuæ albo
R elligionis ſunt ſcriptæ, nomenq; dederunt
I n Chriſti delectu habito? tu cuncta quiete
C omponis rerum genera, & concordibus arctas,
A cſocias pacis uinclis. tu dona quietis
F ers generi cuicunque. reples tu munere pacis

S idera, cœlum, elementa, genus brutale. quid ultra
P ermittis genus humanum diſcordibus armis
I nter ſe certare, modumq́; imponere nullum,
A ut finem bellis, ſæuisq́; tumultibus? hæc qua
T u toleras ratione? ſcio te noſcere, nec non
C ertius agnoſco certo, ſummam rationem
H umani generis planè te ducere. quare
E rgo ſinis pacem, munusq́; quietis abeſſe
H umano generi, ſolosq́; quiete carere,
Qu am præſtas reliquis, homines? peccatáne prorſus,
I mpietasq́; hominum in cauſa totius haberi
I ſtius debent uexaminis, atque tumultus?
A h miſeri non hæc odia, aut certamina, quæ uos
T anta cum clade exercetis mutuo, digna
E iusq; perſona, uel relligione, ſemel quem
D ucem elegiſtis: ſub quo ſtipendia uos iam
F acturos promiſiſtis. ſeruator is ingens
E ſt pacis, pacisq́; aſſertor maximus. idem
S ic commendauit pacem, pacemq́; probauit;
V t reliquis rebus contenderit anteferendam
O mnibus, atque ſuis mandauerit obſeruandam
P ræcipue. non eſſe Dei, Chriſtiq́; homines uos,
H inc miſeri cognoſcite, quòd pacem uiolatis,
E t totis pacem conatibus exturbatis
A` uobis, nullamq́; quietis initis agendæ
O mnino rationem. uoſmet Chriſto inimicos,
A duerſosq́; Deo cum belligerando uiciſſim
P ræſtetis: ſupereſt, ut conuincamini ad illum
D efeciſſe: Deo qui proditor aduerſari
D ecreuit; cœlumq́; malo miſcere tumultu

T entauit . uos admoneo pro relligionis
C ommuni uinclo , & pro conſorti ratione ,
A ut ſpecie , quaſum uobis coniunctus , ab armis
N i uos , diſſidijsq; recedatis , ſubituros
F ortunam , caſumq; eius , quem belligerando ,
P ugnandoq; imitemini . habet'ne humana penes uos
T antum momenti , aut iuris poſſeſſio , poſſit
V t cæcos in pernitiem deducere , deq;
H umani ratione , Deiq; fide reuocare
A d crudele nefas , parteſq; nefarij, & hoſtis
C ommunis ? ſcelus ah tantum compeſcite . tantum
À uobis arcete nefas . non eſt fera ſæui
Vſque adeo ingenij, & naturæ atrocis, ut ultro
S æuiat in propriam ſpeciem . non bellua quæquam
E ſt adeo immanis naturæ , quin proprio ſe
A bſtineat genere exagitata furore , ſibiq;
A gnoſcat ſimilem , cui parcat . quaſque feras uos ,
E t brutum genus omne feroci uincitis ira ,
S æuitiaq; : quibus multò uos deteriores
E ſſe reor , dum pernitiem , cædeſq; uiciſſim
I nter uos patratis , & immani feritate
M utuum in exitium ruitis , nullamq; furentes
M utuo naturæ rationem ducitis, & quod
C ommune eſt uobis, generis . frœnate furentem
H anc rabiem, & monſtrate homines uos eſſe creatos
P articipes rationis ; & ingenti ſuperare
V os ſpatio quæcunque animantia bruta , ferasq; .
V os memorate parum, paulumq; expendite quàm ré
N atura ueſtra indignam faciatis , & à re
D iuina , monitiſq; Dei abſcedatis, in armis

Dum sæuitis, & exercetis prælia. ut in uos
Præbuerit se munificum Deus, atque benignum:
Percensete animis, dum uos dono rationis
Præcipuo sic affecit; dum conditionis
Tam claræ donauit munere; ut angelicis uix
Dissimiles produxerit intellectibus. hinc uos
Pendite diuini erga uos meriti rationem:
Cui si quid planè ostendendæ deesse putatis;
In medium Christi meritum adducatur, & aura
Præsertim ex tantis numero mortalibus in uos
Ostensa. ingratis animis ne sumite tantum
Muneris: incassum quod ni succedere uultis,
Ponite dissidium, & diros sedate tumultus:
Et pacem inter uos stabilem componite: necnon
Quam Deus ultro offert uobis, haurite quietem.
Sed quas præterea turbas, quantosq; tumultus
Sentio; quos obstricta tuis, Deus optime, sacris
Gens mouet. affectus quosnam deprendo furentes
Christe tuæ gentis; quæ relligionis honores
Sustinet eximios, sacrasq; ministrat ad aras.
Pacis abundantem, multaq; quiete m fruentem
Quem ratus esse locum fueram, sic peste laborat
Dissidij uaria: sic omni ex parte tumultus
Suscitat: ut sanum penitus nihil, atque quietum
Præferat: & faciat missam, excludatq; quietem
Prorsus; & ignoret requiem cum pace. tibi cum
Sit Deus addictus locus hic, & prima tuæ sit
Sedes relligionis; quæ constare quiete
Præcipue debet, pacemq; referre quietis
Germanam, fuerat nequaquam credere dignum;

V t tam deficeret requie, quàm pace careret.
S unt infecta malis affectibus omnia, totum
F unestis agitata odijs certamina corpus
V exant. tam magno non est in corpore quidquam,
Quod non deformis morbi contage laboret.
T am grandi non est in corpore mica quietis,
A ut pacis. totum mala sic contagia corpus
A ffligunt, ut nulla superstes pars habeatur
A` morbo. cunctis compago morbida membris
D issultat, motuq; incerto affecta uacillat.
N on est à summo quid prorsus uertice ad imas
P lantas, quod morbo careat, sanumq; supersit.
Quæq; suis morbis torquentur membra. caput tam,
Quàm capiti subiecta laborant membra: tametsi
A` capite in corpus maius discrimen agatur.
I nformi morbo membrum unumquodq; tenetur.
E st, quod uentoso affectu turgescat; & est quod
S orditie male olenti corripiatur: inerti
Quod motu obstupeat, sensuq; laboret inepto,
N on deest: abscessu liuenti quod crucietur,
E st etiam. phlegmone aliud succenditur: ulcus
P roserpens aliud patitur, fluidoq; scatentem
P ure luem. quin cum membro decernitur illo
O ptime agi, cui duntaxat contingat ab uno
A ffligi morbo; solumq; habitudine ab una,
T emperieq; mala torqueri. pleraq; porro
M embrorum non affectu subeuntur ab uno;
S ed conflictantur uarijs, & pluribus: ut nil
V nquàm sedati succedat, siue remissi.
T u uerò diuine pater, tu Christe, quietem

Qui ueſtram fertis per corpora quæq;, locoſq́;;
C ur tantum differtis; tamq́; diu toleratis:
V t qui præcipue obſtricti ſunt relligioni
V eſtræ, & muneribus ueſtris præſunt moderandis
I n terris, ueſtram pacem, ueſtramq́; quietem
I gnorent; ſeſeq́; malis affectibus ultrò
C onficiant; nullamq́; minus ducant rationem,
Quàm ueſtri, ueſtræq́; quietis. Chriſte potentem
N unc extende manum, & maiores exere uires:
M aioriq́; utens tandem uirtute procura,
V t quos exemplo uitæ nobis imitandos
P ræfeciſſe libet: redigas ad conditionem
V iuendi talem, ut ualeant prodeſſe. quietem
F er iſtis, purgaq́; animos affectibus; & non
P ermittas ultra pacem neſcire: potes tu
O mnia; & eximia uirtute tua nihil eſt ſic
O mnino prauum, quin poſſis corrigere, atque
A d recti normam deducere. ſubſidium fer,
E t ualida ſuccurre manu. deducta uidetur
R es illuc; ut nulla quietis iam ſuperet ſpes;
N ullaq́; curandi affectus ſupereſſe medella
S peretur: niſi præſentem miſeratus opem tu
A ttuleris, dextramq́; admoueris auxiliantem.
S i Tarſenſem hominem aduerſantem relligioni,
D ogmatibuſq́; tuis non tardaſti reuocare
M iraclo, fortiq́; opera: cur protrahis ultra
H os reuocare; tua qui ſint de claſſe, tuiſq́;
A ddictos ſacris ſe confiteantur, & ore
E ſſe tuos ſe contendant? quicunque tui ſunt,
E t te contingunt ſpatio propiore ſacrorum

R *espectu, quibus inseruire tuo profitentur*
N *omine, præcipua cura, studioq; mederi*
H *is debes, operamq; omnem tibi sumere, quo mox*
H *os sanos reddas: quoniam morbus trahit horum*
I *n plures contagia. paucorum medicina*
P *rofuerit multis: quorum sanatio sæpe*
E *uenit ex sana primatum mente suorum.*
S *i tu pro bonitate tua, charitateq; magna*
I *n genus humanum, corpus mortale subisti;*
E *t diram fuso tolerasti sanguine mortem;*
Q*uo nostrum genus eriperes à morte; poloq;*
A *dsereres: quid tantæ operæ ualet esse, recuses*
Q*uam præstare tuis? quorum ratione uideri*
I *ncassum posses mortem tolerasse, cruorem*
F *udisse, & corpus mortale subisse, sinas si,*
A *ut patiaris eos ualida uirtute, tuaq;*
D *esertos potiore manu: quam porrige tandem,*
O *bsecro: quò cures prauis affectibus, atque*
E *xoluas morbis; quos nosti non sine damno*
C *ommuni ægrotare, mala contage ferente*
S *e passim, exemploq; nocente per inferiores*
S *e classes hominum fundente. tuos miseratus,*
E *xactis animo morbis, aliquando quietem*
S *uscipiant, fac Christe tuam; sanctaq; quiescant*
P *ace tua: ut possint cum fructu munera, quæ tu*
H *inc abiens delegasti, exercere; queantq;*
I *am prodesse quibus debent operam, studiumq;*
S *eruandis: & tam curent seruare quietem*
I *n se, quàm reliquos faciant requiescere, curæ*
Q*uos habeant, fideiq; suæ te authore, tuoq;*

A uspicio commendatos, & de quibus acrem
E xtremo sint acturi tecum rationem;
E t duram te iudice censuram subituri:
Qu æ ne pernitiem in uestram succedat amici,
S ummatesq; mei, quantum possum, caueatis,
H ortor, & obtestor. uos respondete uocanti
I nterea Christo; & dum fert occasio, prauos
E xuite affectus: quibus oppressi nequeatis
N ec uobis succurrere, nec uestros, fideiq;
V estræ commissos aliqua ratione iuuare.
V iribus huc totis incumbite: nequid omissum
L inquite conatus uestri: quin suscipiatis
P orrectam à Christo requiem, pacemq; quietam:
Qu æ uos promoueat perfecta ad gaudia tandem,
E t uos cum uestris gregibus, populisue beatos
R eddat, & æterna, solidaq; salute fruentes.
H æc ego scribebam Romæ, cum læta fouerem
O tia; & in dulci traherem tranquilla quiete
T empora seruitio nullo detentus; haberet
C um nihil ambitio, quo me uexaret; & ære
C ontentus proprio nihil amplius affectarem:
I n proprio iucunda sinu mihi gaudia tutus
C aptabam, & nauci faciens fastigia honorum,
S orte mea, sumptuq; meo potiebar: & æstu
I nuidiæ liber, nec quo liuore laborans
H umanæ subsannabam miracula sortis.

FINIS.

REGISTRVM.

A B C D

Omnes ſunt quaterniones.

VENETIIS; *apud* Aldi *Filios.*
M. D. LIIII.

AL DVS

Pompeius de Angelis
Romanus

[illegible]

[illegible] atque vicissim
[illegible] albo
[illegible] dederunt
[illegible] quiete
[illegible] ancorationis arctas,
[illegible] in dona quietis
[illegible] reples in munere pacis

D